

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Zwölfter Band.

Erstes Heft.

Mit 3 Tafeln.



Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1886.

Aus den Regesten Honorius III.

Mitgetheilt von Reinhold Röhricht.

Der Verfasser erhielt von der 'Société pour l'histoire de l'orient latin', in deren Auftrage er für die Geschichte des fünften Kreuzzuges 'Scriptores minores' (1879), dann 'Testimonia minora' (1882) bereits herausgegeben hat, einen dritten und vierten Band mit Briefen und einen letzten mit Urkunden noch herausgeben wird, vor mehreren Monaten eine vollständige Sammlung von Regesten und Abschriften aller derjenigen Briefe Honorius III. durch Herrn Grafen Paul Riant zugesandt, welche sich auf die genannte Geschichte beziehen. Sie sind aus dem Vatikanischen Archiv selbst durch zwei hervorragende und durchaus zuverlässige Männer gemacht und bieten eine überraschende Fülle neuer Materialien und vielfacher Verbesserungen der bisher bekannten Drucke. Da jedoch unter ihnen sich nicht bloss reine Kreuzzugsbriefe finden, sondern auch solche, welche Interesse für die deutsche Geschichte allein haben, in den Mon. Germ. Epist. I aber fehlen und in den Regesten des Honorius von Pressutti — wenn diese überhaupt fortgesetzt werden — erst nach Jahren erscheinen werden, so glaubte der Verfasser, diese kleinen Mittheilungen doch nicht zurückhalten zu dürfen, zumal Herr Graf Riant, der unermüdliche und umsichtige Leiter jener Gesellschaft, mit gewohnter Liberalität seine Genehmigung gab.

Aus einer Vergleichung der vollständig vorliegenden Abschriften mit dem Drucke derselben in den Mon. Germ. Epist. I ergab sich, dass die Copieen von Pertz mit einer ausserordentlichen Sorgfalt und Genauigkeit gemacht sind; von Kleinigkeiten möge hier nur notiert sein, dass Epist. I, 3, n. 3, hinter 'precipitum': 'confusionis' ausgefallen ist, dass in der vierten Zeile von unten statt 'contenderent' zu lesen ist: 'contempnerent', ferner S. 4, Z. 17 statt 'venerint': 'irruerint'. Unter dem Briefe vom 23. Jan. 1219 (Ep. I, 66, n. 91) fehlt: 'In eundem modum scriptum est . . episcopo Castellano, . . episcopo Anconitano, . . archiepiscopo Ianuensi, . . archiepiscopo Pisano,

.. archiepiscopo Messanensi, .. episcopo Siracusano et .. episcopo Gaetano'. Von Regesten sind noch nachzutragen:

8. Juni 1221. I(uttam) marchionissam Misniae eiusque maritum Henricum sub Sedis Apostolicae protectione suscipit. 'Et suscepto'.

Datum Laterani IX. id. Ian. a. V (Reg. III, lib. V, ep. 695, fol. 139^r).

3. Jan. 1222. Universis Christi fidelibus per Gradensem patriarchatum constitutis Hospitalis S. Trinitatis de Venetiis fratribus elemosinas collaturis X dierum indulgentias elargitur. 'Quoniam, ut ait'.

Datum Laterani III. non. Ian. a. VI (Reg. III, lib. VI, ep. 133, fol. 180^v).

8. Febr. 1222. Selonensi episcopo, abbati et priori S. Nycholai Cisterciensis ordinis Rigensis diocesis, ut quosdam Templarios violentias in noviter in Livonia baptizatos exercentes reprimant. 'Audivimus quod'.

Datum Laterani VI. id. Febr. a. VI (Reg. III, lib. VI, ep. 219, fol. 196^v).

8. Febr. 1222. Abbati et priori Montis S. Nycholai Cisterciensis ordinis Rigensis diocesis et preposito Rigensi, ut quosdam Templarios in Livonia ad ablata episcopo Selonensi restituenda cogant. 'Venerabilis frater'.

Dat. u. s. (Reg. III, lib. VI, ep. 221, fol. 196^v).

2. März (1222). Duci Brabantiae, ut si in generali passagio transfretare non possit, litteras exemptionis petat. 'Per dilectum filium'.

Datum Anagninae VI. non. Mart. a. (VI) (Reg. III, lib. VI, ep. 266, fol. 207^v).

Aus der Zahl der vollständigen Abschriften heben wir nur zwei hervor, die beide nur in unzureichendem Regest bisher bekannt geworden sind.

1) 23. Jul. 1217¹. Abbati sancti Laurentii in Ostbroch Traiectensis diocesis et preposito sancti Salvatoris et decano sancti Iohannis Traiectensi.

Oblata nobis nobilis viri Comitis Hollandie cruce signati petitio continebat, quod cum olim nobilis vir comes de Los Leodiensis diocesis, asserens, super Hollandia, terris et rebus aliis intercessisse compositionem amicabilem inter ipsos et ab utraque parte sponte fuisse receptam, super hoc a bone memorie I. papa predecessore nostro ad venerabilem fratrem nostrum (fol. 125^r) Treverensem archiepiscopum litteras impetrasset, idem Hollandie comes ante litis contestationem ex-cipiendo proposuit coram eo, quod auctoritate litterarum

1) Vgl. Pressutti I, 172—173 n. 635; Potthast Nr. 26004; zur Sache siehe Mon. Germ. Ep. I, 17—21, n. 21—25; 50, n. 70.

ipsarum diversis de causis respondere minime tenebatur, tum quia mortuo mandatore expiraverat iam mandatum, tum etiam quia ultra duas dietas extra suam diocesim trahebatur in causam contra constitutionem concilii generalis, et quia dictus archiepiscopus has et alias exceptiones eius legitimas admittere recusabat, idem comes vocem ad nos appellationis emisit. Prefatus autem archiepiscopus ipsius appellatione contempta venerabili fratri nostro Traiectensi episcopo suis dedit litteris in mandatis, ut compositionem prefatam iusta quod ipse statuerat faceret per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Postmodum vero iam dictus comes de Los appellationem frivolam mentiens antedictam ad abbatem sancti Huberti Leodiensis diocesis et collegas ipsius excommunicationis veritate tacita super hoc nostras litteras impetravit. Quare pro parte ipsius comitis Hollandie fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum idem cum terra et aliis bonis suis sub apostolice sedis protectione consistat utpote qui iam iter arripuit in subsidium terre sancte, non obstante excommunicatione, quam incurrerat cum nobili viro Ludovico, primo genito karissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francorum illustris, in Angliam transfretando, a qua ipsum duximus absolvendum, super hoc providere sibi misericorditer dignaremur. Nos igitur ex officio nostro eidem ab excommunicationis vinculo absoluto providere volentes discretionis vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si res ita se habet, revocato in irritum, quicquid inveneritis post appellationem huiusmodi attemptatum, audiat causam et appellatione remota fine. de. ter. (fine debito terminetis) facientes etc. Alioquin partes ad priorum iudicium remittatis examen appellantis in expensis legitimis condemnantes. Testes autem etc. Quod si non omnes etc. duo vestrum etc.

Datum Ferentini X. kalendas Augusti pontificatus nostri anno primo (Reg. I, lib. I, ep. 507, fol. 124^v—125^r).

2) 7. Mai 1219¹. . . Salzburger archiepiscopo. — Dilecta in Christo filia nobilis mulier Theodora, ducissa Austrie, suam ad nos querimoniam destinavit, quod, dilecto filio nobili viro . . duce Austrie, viro eius cruce signato, in terre sancte subsidio laborante, in ecclesia de Secchowe, cuius idem advocatus existit, eius irrequisito assensu, qui debuit de iure requiri, episcopalem sedem statuisti de novo contra id, quod nobis suggesseras, quod videlicet in preiudicium ecclesie Romane ac ipsius ducis creatio episcopatus ipsius minime redundaret, ibidem pro tue voluntatis arbitrio episcopum ordinando, cui quasdam ecclesias, in quibus ipse ius obtinet presentandi, non

1) Vgl. Potthast, Reg. pontific., Nr. 6055; von Zahn, Urkundenb. des Herzogth. Steiermark II, 247—248, Nr. 164.

absque ducis eiusmodi preiudicio et gravamine pro redditibus assignasti, propter quod ducissa prefata vocem ad nos appellationis emisit. Cum igitur crucesignati et bona eorum sub apostolice sedis et nostra protectione consistant, et in generali concilio sit statutum, ut, donec de ipsorum reditu sive obitu certissime cognoscatur, segura maneant et quieta, tanto minus te decet offendere ipsum ducem, quanto maius idem impendit obsequium Iesu Christo, cuius prelia viriliter et laudabiliter preliatur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatenus diligenter corrigens per teipsum, quod in eiusdem ducis preiudicium attemptasti, eius iura non minuas, sed conserves penitus illibata, et donec ipse, dante Domino, ad propria revertatur, nichil in preiudicium suum vel terre sue attemptare presumas, mandatum nostrum taliter impleturus, quod propter hoc tibi durius scribere non cogamur, quia sibi illatam iniuriam, immo nobis, in ipso non possemus equanimiter sustinere.

Datum Rome apud Sanctum Petrum non. Maii pontificatus nostri anno tertio (Reg. II, lib. III, ep. 444, fol. 93^r).
